

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio f
cum fonte primo

Homo factus est hominis factor ut
suggeret ubera regens sydera, ut esuriret
panis, ut sitiret fons, dormiret lux, ab
itinere uia fatigaretur, falsis testibus
ueritas occultaretur, iudex uiuorum et
mortuorum a iudice mortali iudicaretur,
ab iniustis iusticia dampnaretur, flagellis
disciplina cederetur, spinis botrus
coronaretur, in ligno fundamentum
suspenderetur, uirtus infirmaretur,
salus uulneraretur, uita
moriretur.

Augustinus in sermone de natali Domini.

Homo factus, hominis factor: ut
sugeret ubera, regens sidera; ut esuriret
panis, ut sitiret fons, dormiret lux, ab
itinere uia fatigaretur, falsis testibus
ueritas accusaretur, iudex uiuorum et
mortuorum a iudice mortali iudicaretur,
ab iniustis iusticia dampnaretur, flagellis
disciplina caederetur, spinis botrus
coronaretur, in ligno fundamentum
suspenderetur, uirtus infirmaretur,
salus uulneraretur, uita
moreretur.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 191,
1, 1 (PL 38, col.1010).